39. Papa Leone X al cardinale Egidio Canisio.[1]

Roma, 1° luglio 1517.

«Dilecte etc. Hodie inducti probitate, prudentia, doctrina, rerum agendarum experientia, moribus probatis, religione et aliis praestantibus virtutibus et meritis tuis te magnam gloriam ord. s. Augustini in numerum et portionem aliorum ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium vocavimus». Manterrà il generalato fino al prossimo capitolo.

Dat. Romae 1517 Julii 1, P. N. A. 5°.

Cop. nel *Cod. Asburnh. 287* della Laurenziana a Firenze.

40. Concistoro del 10 luglio 1517.[2]

Romae die veneris 10 m. julii 1517. S. D. N. dixit quod rev. dom. cardinales seniores subscribere vellent bullam creationis dom. novorum cardinalium, in qua derogabatur capitulis conclavis si forsan in aliquo promotioni ultimo factae obstarent. Deinde S. S^tas^ instituit ecclesiam sive monasterium S. Mariae in Aracoeli in titulum presbyteralem...

**Acta consist. vicecanc.* nell'Archivio concistoriale del Vaticano.

41. Concistoro del 24 luglio 1517.[3]

Romae die veneris 24 m. julii 1517. S. D. N. restituit dom. Raphaelem Riarium ad dignitatem cardinalatus nec non ad offitia et benefitia quae ante privationem habebat sine tamen praejuditio tituli mei S. Laurentii in Damaso et sine voce activa et passiva prout in capitulis desuper confectis plenius continetur pro quorum observatione collegium rev. dominorum promisit. Deinde Sua S^tas^ proposuit restitutionem dom. Bindinelli de Saulis eodem modo, et habuit vota rev^morum^ dominorum, tamen Sua S^tas^ eum tunc non restituit...

**Acta consist. vicecanc.* nell'Archivio concistoriale del Vaticano.

42–43. La grazia a Raffaello Riario.[4]

[In nomine] Domini. Amen. Infrascripta sunt capitula et promissiones S. D. N. facta per dom. Raphaelem de Riario, olim card^lem^ s^ti^ Georgii, et cautiones per eum datae, videlicet:

1 Cfr. vol. IV 1, 131.
2 Cfr. vol. IV 1, 128.
3 Cfr. vol. IV 1, 121.
4 Cfr. vol. IV 1, 116, 120, 121.